



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Philippi Tomasini Sancti Georgij ab Alga
Venetiarum Canonici Secularis De Donariis ac Tabellis
Votivis Liber Singularis**

Tomasini, Giacomo Filippo

Vtini, 1639

XLI. Donaria Mulctatitia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13253

inuentum Carm. xxvi i. qui puellam finxit Annales Volusij
Tardipedi Deo iocosè voulisse.

Quid verò magis ridiculum, quām Ignauos etiam patroci-
nium quæsiuisse à Murcia pigritiæ Dea, quæ à Murcis, idest
truncatis pollicibus bello ineptis nomen accepit? Erat autem
Vallis Murcia Romæ, ubi forsitan Ignaui, & desidiosi sua do-
na offerebant. Fuit etiam Murcia secundum aliquos, Dea
amoris, nec inepte; nam ignaui & marcidi, dum à Musis lon-
gè sunt, spurcijs & libidinibus vacant.

CAPVT X L.

VOTA SCELERATA.

TUipi dénum exemplo sacris adhibita ingenij licentia
in scelus conuersa etiam criminis immunitatem ac tu-
telam apud Deos quæsiuit. Nam & Fures LAVERNAE
Deæ sua Vota siebant, ut instituta sua furandi ac
mentiendi fortunaret. Plaut. Cornicul.

Mibi Lauerna in furtis celebrastis manus.

Et Horatius:

Pilera Lauerna da mihi fallere.

Acron & Porphyrius in Horatium Lib. i. Epist. xvii i. & No-
nius Marcellus in voce Lauerna, Festusq; Pöpeius hic adeun-
di. Erat autem Deæ imago caput sine reliquo corpore. Huius
Deæ lucis erat Romæ obscurus & abditus, ubi Fures prædam
diuidebant. Nec leuiori probitatis iniuria etiam Ara Fraudii ibi-
dem erecta. De qua nolo plura, cum nefas sit crimen religio-
ne obuelasse.

CAPVT X LI.

DONARIA MVLCTATITIA.

INdignitatis certè huius mentionem intermissem, nisi vi-
gilantia magistratus detecta eiusmodi morum turpitudo
se-

seuerissimis legibus grauem saepe multam produxit: ex qua etiam DONARIA Dijs constituta fuisse colligo apud Liuium Lib. x. Ann. ab V. C. M D L V I I . Cn. & Q. Ogulnius adiles curules, aliquot fœneratoribus diem dixerunt, quorum bonis multatatis, ex eo quod in publicum redactum est, anea in Capitolio limina, & trium mensarum argentea vasa in cella Iouis, Iouemq; in culmine cum Quadrigis, & ad fiducum Ruminalem simulacra infantium conditorum urbis sub uberibus Lupæ posuerunt, semitamq; faxo quadrato à Capena porta ad Martis statuerunt. Et ab ædilibus plebeis E. Elio Pæto, & C. Fulvio Curuo ex multatitate item pecunia quam exegerunt eccliarij damnatis, Ludi facti: patetq; aurea ad Cereris positæ. Et Lib. xxxv. De Multa Damnatorum Quadrigæ inauratae in Capitolio posita in cella Iouis supra fastigium ædiculae.

Ita res iniquè parta in bonos usus iuste conuersa saepius culpæ notam diluit! Tolerabilior eorum noxa, qui usuris in publica commoda deriuatis poenam auditatis anteuerterunt. Egregium huius facti monumentum ex antiquis Romanæ Vrbis reliquijs Grutero suggestit Smetius, quod libens adfero, ut è tam optimis fortunæ mediocris redditibus poteriorum Quiritum opes sint conspectiores. Annuū quippe censum adeò locupletē ex usuris centesimis, quo singulis mensibus è centenis quinque unus exigebatur, non minimæ sortis fuisse perspicuum est.

COLLEGIO
CENTONARIORVM

CVM. BASI. MARMOREA. ET. CERIOLARI^B
DVOBVS. ÆREIS. HABENTIBVS. EFFIGI^E
EM. CVPIDINIS. TENENTES. CALATHOS
L. SEXTILIUS. SELEVCVS. DECVRIO. D. D
HOC AMPLIUS. ARK. RET. P. COILEGII. SS.
DONVM DEDIT. —X—. V. VT. EX. VSURIS
CENTESIMIS EIVS. QVANTITATIS
QVÆ EFFICIT. ANNOS. —X—. DC. DIE
VIII. KAL. OCTOBR NATALI DIVI
AVGVSTI. EROGENTVR. EX. ARK

CA-